


~~Kato Goto~~

~~1899
1900
1901
1902~~



~~4
H-26~~

Laya 2-65



Comenzar los numeros desde 1. hasta 25, y luego vuelven
a comenzar desde el numero 1.^o y como van se an de
coser.

vident especially at the
bottom where the water is
so shallow and the bottom
is composed of sand and
gravel.

Del R. Pedro de Montenegro
Del Colegio de la Compañía de
Memoriales, Hs. de Granada. B. B. C.
Tratados y varios Papeles, y Decretos
Pontificios
en favor del Misterio de la quíssima Concepción
de Nuestra Sra.

I.
Diversas Cartas de Reyes, Reynas, Príncipes
assí Ecclesiásticos, como seculares
escritas a los Summos Pontífices en diferentes
ocasiones
pidiendo la definición del misterio de la
Concepción de Nra. Sra. Tomo Primero.

El Índice de los Papeles está en la otra siguiente.

Labado

se el S. Ms. Sacram y La Inmaculada
Concepción de la Virgen María nra. s.
concebida sin pecado original.



Notiene papel alguno quebrado
por el expurgatorio R. D.,
ó decretos q' tienenlos ellos q'
an salido hasta el año
R. D. 22.

Central river, which
origin

comes, during the winter, from
the north.

Geographical

Geographical

most part well watered
water abundant.

most of which, made up in value
values.

which is made up of
water.

most part.

most part.

most part.

most part.

most part.

most part.

2

Indice
de los Capítulos de este Tomo.



With
and the
of G.





138
223

Actum à Gege Catholico declarat Pontifex nō fictam; & veram Conceptionem
B. Virginis celebrat ab eis in dī Conceptionis. 14-126

Dum à Sede Apostolica ex parte Catholici Regis petitur quod declaretur mens Ecclesia ea esse, cum Conceptionem B. Virginis celebrat, ut si licet non Conceptionem fictam, vel maculatam, sed veram et naturalem ac Immaculatam, et præseruationis munere sanctam celebret; petitur quidem id, quod ut minimum necessarium est, ad pacem et quietem, nec non ad tollenda grauiſſima et pernicioſiſſima scanda- la, quæ alii remedij non cesserunt, petitur etiam id, quod Summus Pontifex ex debito sui muneric debet ad eum finem prouidere, ut sine definitione de fide et sine rationabili vbius offensione, hæc adeo nocua contentio aliquando extinguitur vel consopietur.

Ad hoc comprobandum unica sufficit ratio in hunc modum. Pontifex ex officio debet grauiſſimis scandalis obuiare, quoties id facere potest, maxime in ijs qua ad cultum et pietatem Christianam spectant. Potest autem in hac materia sine gravi inconvenienti obuiare grauiſſimis scandalis, quæ ex praesenti statu oriuntur: debet igitur id facere ex officio, etiamsi deessent alia omnia, nempe Catholici Regis pietas, et reverentia, qua omissis cœteris vijs quas potuerit tentare hanc unicam elegit imploranda Apostolice Sedis. fidelium item af- fectus, qui hoc desiderant; Academiarum consensus, Praelatorum, Capitulo- rum, Regnorum, non solum assensus, sed desideria, et preues, et alia eius- modi quæ ab aliis in considerationem adducta sunt.

Restat probandum Pontificem posse et debere. Et quidem materiam hanc eiusmodi esse, qua non ad alium nisi ad summum Pastorem spectet, non in- diget probatione, cum temporalis non sit sed mere spiritualis et omnino Ecclesiastica, spectans ad cultum et religionem, et ad declarandam men- tem suorum Praedecessorum, et ipsius Ecclesie circa præceptum ab Eccle- sia latum de hoc festo celebrando. Debere autem Pontificem hoc tempore ex suo munere id præstare, probari potest insinuando incommoda et scan- dala quibus oportet obuiari, et ostendendo simus nullum graue inconveni- ens, ex eiusmodi declaratione circa definitionem facta, posse suboriri. Et quod attinet ad primum de scandalis. Supponendum est primo, scan- dalum esse propriissime, quando aliqua occasio datur retrahens homi- nes à vero cultu religionis, non solum debito sed etiam voluntarie exhiben- do. Si enim Jeroboam scandalizauit subditos retrahens illos à sacrificijs in templo debitis offerendis: sibi autem Heli peccarunt etiam peccato scan- dali; quia sua avaritia retrahebant homines à sacrificijs voluntarijs frequentandis. illud ergo in praesenti materia scandalum reputatur quod retrahit fidèles à cultu et celebratione huius festivitatis, qua quidem non solum est actus voluntarius religionis, sed debitus iam et præceptus ab

Ecclesia. Est etiam scandalum in presenti omne illud, quod attento hoc reverum statu, aptum est generare dissensiones, rixas, iurgias, odia, inimicitias, religionis et religiosorum contemptum, contumelias, et deniq; quod apud haec reticos vel etiam rudes, minuit auctoritatem Sedi apostolice, et rituum Ecclesiasticorum.

Supponendum 2°. festiuitatem hanc non solum esse ab Ecclesia permissionem aut voluntam utcumq; sed omnino praeceptam ut constat ex festi institutione et ex Breviario Romano, et quod magis est, esse praeceptum in iudicio contraditorio et re accurate examinata sub nomine Conceptionis excludendo et prohibendo nomen Sanctificationis, vel quodcumq; aliud minus clarum, ita ut sine gravi culpa et censuris gravissimis, nemo possit ob priuatum affectum vel sensum excusari iam à celebranda Conceptione, prout ab Ecclesia Romana sub nomine Conceptionis celebratur, et per consequens nemo potest non celebrare id, quod hoc nomine celebrandum proponitur.

Ex his quo certissima sunt constat iam, attenta fidelium conditione, necesse omnino esse, ut oriatur scandalum, nisi firmiori et potentiori aliquo remedio praeveniantur. Nam vel nomine Conceptionis, qua sub hoc solo nomine celebrari et coli praecepitur, intelligitur sanctificatio quocumq; alio tempore ante nativitatem facta, vel conceptio vera et naturalis. Si dicatur primum, magnum certè scandalum Ecclesia dedisset fidelibus, dum rem alias adeo diverso vocabulo calendam proponeret. Quomodo enim fideles audientes sibi praecepit cultum Conceptionis, et prohibeti non Sanctificationis, non cogitarent sermonem esse de vera Conceptione nativitatis; maxime cum in ipso officio ab Ecclesia Romana ordinato de Conceptione naturali expresse agatur? Certe si non est iuxta Ecclesia mentem, quod Conceptio vera celebretur, maximum datur fidelibus scandulum, quando sub eis terminis festiuitatis praecepitur, sub quibus non possunt de alia Conceptione cogitare, et per consequens exponuntur aperto ihericu superstitutionis, dum illum cultum tanquam ibi praetatum exercent, qui non est iuxta Ecclesia mentem, nec iuxta veritatem. Superstitione enim est cultus Dei continens falsitatem ut docent Theologici cum S. Thoma 252^a. q⁸. 93. art. i. nam veros adoratores in Spiritu et veritate oportet adorare. Hac autem falsitas dupliciter contingit iuxta S. Thomam. 1° significando aliquid falsum. 2° exhibiendo cultum aliquem nomine Ecclesia, quem Ecclesia non praecepit, et utraq; falsitas, ac per consequens utraq; superstitionis ratio reperiatur in hoc casu, siquidem nomine Ecclesia toleretur Conceptio immaculata facta, et quam Ecclesia coli non praecepit.

Si vero (id quod verum est) fateamur, Ecclesiam Conceptionis nomine

Concep-

Conceptionem veram intelligere, nec fideles suos decepere in se tanti momenti: tunc aliunde insurgunt plura scandala quamdiu Ecclesia rem ita non declarat, ut non licet de festivitatis sensu dubitare. Primum est, quod retrahuntur fideles à cultu debito, et precepto exhibendo, dum ex una parte cogitant proponi sibi festum et cultum Conceptionis Immaculatae (propter re vera proponitur) ex alia vero audiunt, Conceptionem non fuisse immaculatam, sed maculatam. Negari non potest magnum fore scandalum, si dum celebratur festum alicuius beati nondum Canonicati, et per consequens non ex decreto, sed ex permissione Ecclesia aliquis tamquam diceret, illum neque esse beatum, nec dignum tali cultu. Item dum fideles confluunt ad inuisendum et venerandum corpus S. Cecilia vel alterius in Urbe, ad quod facienscum Pontificis indulgentijs invitantur; magnum est scandalum si aliquis diceret, illud non esse corpus Sancti illius, sed alterius persona vulgaris. Utroq; enim casu fideles retrahentur à cultu religioso ab Ecclesia permisso vel desiderato, h[oc] et in neutro casu definitum esset de fidei illum esse Sanctum, vel illud esse verum corpus illius Sancti. Multo igitur magis videtur indecens, si quamdiu omnes celebrant Conceptionem immaculatam Virginis, quam sibi cogitant proponi, et præcipi ab Ecclesia colendam; aliquis dicat, illam esse maculatam, et per consequens cultu indignam. Quid hoc est aliud, nisi retrahere omnino fideles à pietate et affectu erga cultum illum ad quem ab Ecclesia alliciuntur, et coguntur.

Secundum scandalum est, quatenus datur occasio contemnendi Ecclesia auctoritatem, et eius Sacratissimos ritus. Videntes enim Ecclesiam insistere in præcipiendo cultu Conceptionis, et excludendo alio quoniam nomine præter Conceptionem, aliunde autem audientes, Conceptionem esse maculatam, censem ab Ecclesia præcipi cultum Conceptionis sordida et maculata, præponiq; etiam sub precepto colendam ab omnibus fidelibus B. Virginem, quia his erat eo instanti, in quo erat Deo inuisita, odibilis, peccatrix, sub potestate diaboli, et serva iniquitatis. Quod perinde est, a si Ecclesia inuitaret, et cogeret ad colendum peccatum, seu seruitutem sub ipso diabolo ut intulit Bernardus loco infra citando. Porro quam sit hæc cogitatio indecens, et contra reverentiam Ecclesie, quantumq; deroget ipsius Ecclesie auctorati, constat aperte ex ijs, quæ antiqui Patres de hac Ecclesie auctoritate censebant. S. Illephonsus in lib. de Virginit. et parturit. Maria, hoc argumento probat, non debere reuocari in dubium nativitatem Virginis fuisse Sanctam; alioquin enim, (inquit) minime euy Matris uas colenda esset. Nunc autem quia ex auctoritate totius Ecclesie reveratur, constat eam ab omni originali peccato fuisse immunem. S. Ber-

*nardus Epist. i. 73, ad Lugdunenses canonicos; fuit, (inquit) procul dubio
mater Domini ante sancta, quam nata. nec fallitur omnino. Sancta Eule-
sia, Sanctum reputans ipsum Nativitatis eius diem, et omni anno cum
exultatione uniuersa terra votiva celebritate suscipiens. Sic etiam ibidem
pro comperto supponit, non posse celebrari Conceptionem si Sancta et Im-
maculata non sit. Quomodo (inquit) festum haberetur conceptus, qui
Sanctus non sit? et in fine claudit Epistolam Orthodoxa illa sententia.
Si sic videbatur, consulenda prius erat Apostolica Sedi autoritas.
Alius induo se statuum testatur, unde non immixto. Card. Baronius
tom. 12. an. 1136. n. 15. censem Bernardi intentum in illa Epist. non
fuisse reprobare sententiam quam alibi docuit, sed impedit, ne sine con-
sensu Sedi Apostolica institueretur illud festum, nam accedente illo con-
sensu, iam cessaret periculum superstitionis. Hac ipsa securitate dixerat
superius de eodem festo Nativitatis, Ego vero quod ab illa (hoc est ab Eccles-
ia) acepit securus et teneo, et tradoji quod non; scrupulosius facio ad
misericordiam serm. 2. de Assumptione dicit, quod aliter existimare
de Nativitate, prohibet pietas Christiana; huius enim festis laudibus na-
cens horroratur. idem argumentum usurpat J. Thomas 3. p. 27. art.
Eusebia (inquit) celebrat Nativitatem B. Virginis: non autem celebratur
festum in Eusebia, nisi pro aliquo Sancto, ergo B. Virgo in sua Nativitate
fuit Sancta. eodem modo loquuntur alii antiquiores et recentiores, apud
quos pro placito habetur, quod aliquis audiat in Ecclesiastico cultu aliquam
inuenire, quod cum prophanum sit proponatur calendrum et venerandum.
Hoc tamen aliqui impune nunc docent, dum Eusebia celebrante Concep-
tionem ipsi contendunt adhuc Conceptionem, quam Eusebia celebrat
fuisse maculatam et sordidam.*

Tertium scandalum est et grauiissimum, quod doctus hereticis, qui ni-
hil aliud desiderant, nisi Eusebiam cauillari. Videntes autem Eusebiam
ad eos enixa commendare et praecipere festum et cultum Conceptionis, et
aliquos adhuc Eusebia filios docere Conceptioni fuisse maculatam; ex
utraq. premissa arguunt, Eusebiam turpiter errare, venerando Concep-
tionem maculatam. Ex hoc etiam confirmant peccatum illud Lutheri dogma-
tum festos non esse propter Santitatem illius quod celebratur, sed propter
politican gubernationem et regimen populi, de quo Card. Bellarm. tom. 2.
lib. 3. de cultu Sanctorum cap. x. adhibent enim de facto heretici exem-
plum in festo Ecclesiastico Conceptionis maculatae. Sic etiam arguere pos-
sunt, ex eodem festo ad debilitandam autoritatem aliorum festorum, et
ut omnia prophana faciant. Si enim Eusebia celebrat unum festum pro-
phanum, quid mihi plura alia? Hoc certe scandalum radicitus tollitur declar-
nando.

rando Ecclesiam non nisi Sanctam Virginis Conceptionem suo festo celebrare et colere.

140

244

Quartum scandalum est, quatenus contra eandem Ecclesie reverentiam aperitur ianua huic usq; clausa, non solum dubitandi, sed contradicendi aperte Ecclesia in ijs omnibus que de fide non definit. Cum enim constet, Ecclesiam non solum propendere in hanc partem, sed hortari, et obligare ad eam celebrandam, et aliunde videamus aliquos impunè dicere Conceptionem non esse cultu, et veneratione dignam; facile nesciunt fideles audiere ad retinendos proprios sensus, et defendendos contra sensum Ecclesia, non definitientis de fide. Hoc autem longissime absit à Christiana simplicitate et obsequio erga Ecclesiam. Verissime enim Augustinus epist. 118. dixit: Disputare contra id, quod uniuersa Ecclesia sentit, insolentissima insanie est. Negare autem non possumus Ecclesiam sentire Conceptionem formaulatam esse et dignam cultui; cum ipso factu eam colat, et calendam omnibus præcipiat, ergo quamvis non credat hoc de fide esse, sentit tamen verum esse. S. Thomas 22^a. q. 10. ar. 12. reverenter satis loquitur dum ait: maximam habet autoritatem Ecclesia consuetudo, que semper est in omnibus cœmulanda. Et ex hoc probat Iudeorum filios in iustis parentibus non esse baptizandos, quia licet multi Doctores ante et post S. Romanum oppositum sentirent, et licet nullum de hoc existaret apertum Ecclesia decretum aut statutum: quia tamen nunguam fuerat talij consuetudo in Ecclesia, hoc sufficit agud S. Romanum ut contraria consuetudo non admittatur. Si ergo solum silentium Ecclesia sufficit S. Roma ut non audeat oppositum asserere, quanto magis Ecclesia loquens et cogens ad cultum debet sufficere, ut nemo audeat propter Ecclesia reverentiam negare illud, quod colitur, esse dignum veneratione? Innocentius 3^s. in cap. Maiores de baptismo, dixit, probabilius esse, quod in Baptismo infundantur adultis et parvulis habitus virtutum, ab eis tempore nemo ausus est docere oppositum. Quomodo debet aliquos asserere adhuc Conceptionem non esse immaculatam et Sanctam postquam Ecclesia eam colit, et veneratur, ad eam venerationem repetito toties praecpta omnes fideles obligavit?

Quintum inconveniens est induci hac iniquitate exemplum in Ecclesia unicum, insolitum, et inauditum. Si enim licet lovitare, Conceptionem, quam Ecclesia solemniter celebrat, esse maculatam, et prophaniam, nullum erit inconveniens, quod pro alijs prophanis rebus solemnitates Ecclesiastica instituantur, ac per consequens, ut argumentabatur S. Bernardus Epistola illa 173. patetur etiam festum institui pro Conceptione S. Joachimi et S. Anna, immo et pro Conceptione cuiuslibet



Sancti, quantumvis fuerit maculata; immo et pro telone Matthaei, vel per sequuntur, et saecula, qua Saulus persequebatur Ecclesiam: haec enim licet peccaminosa erant, fuerunt illis occasions futura conuersiois et Sanctitatis. Hoc autem quantum distet à puritate Sacrorum festorum, ostendit satis perpetuus usus Ecclesia, et autoritas Bernardi ubi supra.


Sextum scandalum est, et quod diuina tot Sacrorum experientia docuit, inevitabile esse contra pacem et charitatem Christianam: et quidem licet sepius repeatantur priora remedia, sicut tamen usq[ue] adhuc fuerunt, erunt etiam in posterum inefficacia. Fundatur enim scandalum illud commune in communi affectu et pietate fidelium, non solum erga Beatisimam Virginem, sed etiam erga Ecclesiam Catholicam, à qua accipiunt preceptum colendi eius Conceptionem. Non potest autem Christianus populus conciliare facile cum hoc precepto, quod audeant aliqui illam maculatam Conceptionem asserere. existimat hoc cedere in irreuerentiam Ecclesia, repugnare pietati, extinguere fervorem et devotionem ab ipsa Ecclesia insitam. Hinc oritur impatiens Zely, quem reprimere sicut priora remedia non potuerunt, ita licet nullies tententur non potuerunt, quid enim est quod erit, nisi id quod fuit? Probat autem aperte haec experientia illud scandalum pusillorum et infirmorum: constat enim, necessarium esse necessitate morali, cum nunquam usq[ue] adhuc potuerit impediri, eiusmodi autem scandalum pusillorum strictè obligat, maxime Prelatos Ecclesie, ad adhibenda media omnia quibus efficaciter impediatur iuxta communem doctrinam Theologorum. 2.2. qd. 43. art. 7. et 8.

Ex his itaq[ue] constat, scanda la que ex presenti obscuro et confuso rerum statu oriuntur, multa et grauissima esse, que etiam in particulari constare magis potuerint ex authenticis informationibus, que ex parte predicti Regis Catholicorum offeruntur: constat etiam Summum Pontificem debere, si possit, haec scanda la impedire, posse autem et certe facile, probari clare potest, quia si res bene perpendatur, ea que nunc in remedium petantur, nihil ferè nouum continent, vltra id quod prius iam decretum fuerat: petitur nimis in primis declaratio mentis Ecclesie circa celebratorem huius festi, et haec quidem habetur in Extravagantibus Sistri VI: in quibus institutus: iti enim institutum festum, et approbatum officium pro festo, ubi in oratione et antiphonis passim proponitur colenda Conceptione Immaculata, et preservatio ab Originali, et licet illud officium redundant fuit propter malorem commoditatem ad officium Nativitatis in Breviario moderno: adhuc tamen in multis Ecclesijs retinetur ex consensu Sedis Apostolice, et in hodierno etiam officio

141
291

officio, Conceptionis Sanctitas proponitur, appellatur enim Conceptio Sancta, Conceptio dignissima, Conceptio gaudium annuntians, que satis exprimunt non celebrari Conceptionem Sordidam et fadam. in 2^a etiam Extrae-
ganti Sixtus IV. ex institutione festi arguit ad reprobandas temerarias
propositiones eorum qui adhuc audiebant damnare et censurare senten-
tiam de Conceptione Immaculata. fuisse autem hoc argumentum Ponti-
ficiis inutile et nonum, si festum non fuisse de Conceptione etiam Imma-
culata, non enim opponerentur illa propositiones festo, nisi celebraretur
Conceptio, immaculata, quam illi autores reprobabant. Deniq^z hoc ip-
sum constat ex mente omnium serè fidelium, qui festum in hoc sensu in-
tellexerunt, neque aliud possunt intelligere, nisi Ecclesia velit celebra-
re Conceptionem immundam, quod ut supra vidimus esset intolerabi-
le absurdum. Nulla igitur est difficultas in hoc punto declarando, quod
ante ipsam declarationem, clarissimum iam est; Petitur deinde confir-
matio decreti Gregorij XVI^r indicentis omnino silentium aduersariorum, ad
lendo tamen, ut propter reverentiam Apostolice sedis declarantis
suam mentem, et propter scandala enumerata, fiat illud silentium om-
nino uniuersale, quod quam parum addat supra praecedentia secreta,
faile appareat. Procerit tamen (ut speramus) quia si illud silentium
absolutè et uniuersaliter imponatur, intuitu reverentiae lebita Aposto-
tice sedi, intelligent iam aduersarij, quam serio Sedes Apostolica
velit scandala impedire, et suam autoritatem ab ea irreuerentia
defendere.

Nunc videamus breviter quo inconuenientia opponi possint, ne tan-
tis malis tam faile remedium tentetur. Primum dicunt aliqui, rane
videri definitionem tacitam, ad quam prouina Ecclesia non vult ver-
nire, nec à nobis postulatur. Hoc inconueniens nullam habet vim.
1^o. Quia nullum est periculum definitionis, ubi Pontifex protestatur, se
hoc decernere circa omnem definitionem fidei. 2^o. quia hoc ipsum pericu-
lum vitabitur, addendo hoc decerni et precipi, interim, dum maturoi
examine res non definitur. 3^o. quia circa omnem definitionem possunt
multa proponi ut colenda et veneranda. Sic proponitur Nativitas, Beate
Virginis, cuius tamen Sanctitas non est de fide certa ut constat ex com-
muni sensu Ecclaeorum 3. pte. q. 27. art. i. vno Caietanus, tom. 2. opus.
tit. i. c. i. dixit esse solum probabilem. Sic etiam proponitur Assump-
tio Virginis, sic presentatio et alia similia que non sunt de fide ut fa-
tentur Ecclae communiter cum S. Romano supra. Sic etiam Leo B. Pa-
pa ~~Monte~~ approbavit canonica Christi Sanguinem, qui ex eius imagine
fluerat ut coleretur, ut refert Platina in eius vita, non tamen definitus



115

de fide; Sic etiam tacito Pontificum consensu proponuntur veneranda multa Sanctorum corpora, pro quorum cultu Pontifices indulgentias concedunt, non tamen definiti de fide, illa esse vera eorum corpora. Sic deniq^{ue} instituta sunt multa festa pro inuentione vel translatione corporum aliquorum Sanctorum. Quis autem dicat Eusebiā eo ipso definisse de fide, illa esse vera corpora eorum Sanctorum? longè igitur absit declarare quod Ecclesia celebrat Immaculatam Conceptionem Virginis à definitione de fide circa ipsum m^{ysterium}. Ad hoc enim ut Eusebia aliquid proponat venerandum vel colendum, non requiritur fidei certitudo, circa totum ille quod proponitur. Satis est quod sit aliquid pertinens ad Deum, vel eius Santos, et quod prudenter credatur tale esse, ut constat ex omnibus exemplis positis: semper enim cultus ultimo fertur ad Deum, vel Sanctorum, ad quem creditur pertinere et in quo colendo nullum potest esse periculum. Cum hoc tamen stat ut supra diximus, propter eiusdem Ecclesie reverentiam debere coerceri fideles ne opponant sese Ecclesie aliquid proponenti in cultum et venerationem, nec audirent negare, illud esse dignum adoratione: in hoc autem gradu dicimus esse debere festum Conceptionis Immaculatae, ut licet nihil sit de fide definitum, sit tamen ab Ecclesia propositum in cultum fideliū, atq^{ue} adeo non decere, aliquem circa Conceptionis Sanctitatem dubia mouere. Deniq^{ue}, ad maiorem abundantiam, et ut aduersariis magis satisfiat, poterit Pontifex simul praēcipere ne aliquis eorum sententiam audeat tamquam hereticam clamnare; quo omnis prorsus definitio suspirio tollatur.

Opponunt 2°: aliqui nescio quem timorem circa auctoritationem huius decreti propter nimium affectum quo aliqui opposita sententia adhaerent. Hoc tamen est fingere timorem ubi nulla est causa timendi. 1°. Quia cum ipsi agitus in hac controvērsia, quorum diuturna pietas, Zelus Catholica religionis, reverentia perpetua erga Sedem Apostolicam et eius decretū omnibus sunt plus quam manifesta. Experiētia docuit in Hispania, cum aliquando rumor falsus accidisset Paulum V^m controvērsiam pro Immaculata Conceptione terminasse, eos primos omnium publicis latitiae signis muntrium illud solemniter celebrare. 2°. demus ipsos tanta pietatis non esse erga Apostolicam Sedem. Iquid tamen terrarente prudenterissimi homines, quorum fortuna honor vita pendet à Catholiciis ubiq^{ue} Principibus, qui omnes hodie erga hanc celebritatem denotissimi toti erant in Apostolici decreti executione procuranda? Seimy eos Patres in Gallia propter rea apparentem quandam Concilij Basiliensis autoritatem in hac postea controvērsia perpetuo ieiunis. quid faciet Romana Eusebia

142
254

serio id praeipientis auctoritas? Demus tamen adhuc non silere, sed tu-
multuari. talene existimandum erit eiusmodi scandalum, ut propterea
discriminetur, et graviora scandala permittantur. facilis tolerari potest
rum vel alterius difficultis obedientia, aut misericordia contra praeceptum,
quam auctoritatis Pontificia contemptus. Christiana plebis turbatio, re-
ligiosorum dissidia, hereticorum insultatio et alia quæ enumerauimus.
Gravius multo obligat scandalum presens ad remedium, quam
illud, quod factum fingitur obliget, ut præcaueatur. Hoc enim presens
universale est, et passuum, ut vidimus, illud vero particulare est et
actuum, quod non tenemur præcauere. Sed enim communis Theologorum
doctrina in 2. c. q. 43. scandalum illud quod oritur ex malitia
scandaliati, non obligare ut ad illud vitandum omittamus aliquid
cum aliquo detimento etiam temporali, quantumvis cum spirituali.
in nostro autem casu scandalum si quod esset, foret utiq; mere actuum,
non enim oriretur ex ignorantia, sed ex mera malitia illius, qui hol-
let obediens. Si de veritate scandalum sumitur (inquit Gregorius) ut
hunc scandalum permititur, quam veritas relinquatur. in hoc enim
casu à fortiori militat regula illa vulgaris Theologorum desumpta ex
glossa ordinaria in c. 15. Matth. quod omnia dimittenda sunt prop-
ter scandalum (scilicet passuum) quæ possunt omitti, saluatriciplici ve-
ritate, scilicet, vita, iustitia et doctrina. Quod si doctrina non est
omittenda propter scandalum passuum, quanto minus propter solum
actuum?

Opponi potest 3o. exemplum aliorum Pontificum, qui non obstantibus
scandalis, quæ modo allegantur, ad hunc rigorem in remedij adhibendis
non venerunt. Respondetur facile, ipsos potuisse adhuc sperare de uti-
litate aliorum mediorum, quæ supererant tentanda: nunc iam nihil
superest quod prudenter sperari possit profuturum. Item retroqueretur ar-
gumentum: nam illi semper aliquid addiderunt, ut scandala cohíerent;
nunc ergo aliquid addendum est: nihil autem minus, aut leius potest
excogitari, quam id quod de novo petitur.

4o. Opponi potest auctoritas Pj VI. in Bulla Super Specula, qui
dixit, hanc veritatem non esse ex necessarijs; non ergo ita urgendum
in eius declaracione. Respondemus, nos non urgemus in declaracione
mysterij, sed in declaracione mentis Ecclesie, hæc autem veritas, scire
scilicet, quid præcipiat Ecclesia in hoc festo est valde necessaria, ne
facile audeant contra Ecclesie intentionem, eius mentem aliqui in
sinistram partem interpretari cum scandalis Catholicorum, et hereticorum,
ut vidimus. Necesse item est, verba præcepti Ecclesiastici clara esse;



11
P. 5


non equivoqua vel captiosa, sed causa itenigra sed quae in sensu simplici et
civili intelliguntur; exit autem lex (inquit Iudicij c. 2. dist. 4) mani-
festa quoque ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat, ubi
glossa addit, ne aliquis captiosè possit eam interpretari, vel etiam me-
abiciat laqueus paretur peream. Tale utiqz esset præceptum cuius festi-
vitatis, si eas admitteret explicaciones, quas aliqui pretendunt. Para-
vet etiam laqueos fidelibus, præcipiens cultum Conceptionis sub eo nomine
quo omnes intelligent Jmna dulatam, si tamen talis Conceptionis inclige-
nra esset illo cultu. Oportet ergo omnino Pontificem verum sensum Ecclesie
clericorum præcepti declarare, et tueri. nam ut dicit Gratianus
in c. ideo dist. 125. Sacri quidem Canones ita aliquid constituit,
ut interpretationis autoritatem Sancte Romana Ecclesie referuent;
ipsi enim solum Canones valent interpretari, qui iuxta condendi canone
habent.

Petitur itaqz à Pontifice explicatio cuiusdam Canonicae veritatis, quam
ipse facile potest, et pro suo munere debet explicare, ne ex ipsius silen-
tio aliqui maiorem licentiam accipiant, legem illam canoniam cap-
tiosè et sinistre interpretandi.

Item. non obstat enim ratione hanc. Quod. i. in oratione votante
ad iudicium suum intercessione auxilium petens (missisq. saeculo) multo minus
debet accipere deo iuxta: iuris de istis suis ratione, etiamque
commodis ratione vobis amissus, missisq. multobus et quaque voluntario
tempore missarum datur, que omnis presens: missarum
intercessione auxilium petens, non obstat mundis missisq. deo iuxta
intendit ut habeat in missisq. mundis, metropolitanae autem auxilium, etiamque
deo iuxta: iuris de istis suis ratione, etiamque
missisq. multobus et quaque voluntario
tempore missarum datur, que omnis presens: missarum
intercessione auxilium petens, non obstat mundis missisq. deo iuxta
intendit ut habeat in missisq. mundis, metropolitanae autem auxilium, etiamque
deo iuxta: iuris de istis suis ratione, etiamque
missisq. multobus et quaque voluntario

tempore missarum datur, que omnis presens: missarum
intercessione auxilium petens, non obstat mundis missisq. deo iuxta
intendit ut habeat in missisq. mundis, metropolitanae autem auxilium, etiamque
deo iuxta: iuris de istis suis ratione, etiamque
missisq. multobus et quaque voluntario


257rep^{bis}




Cuenter 318 folios útiles foliados
20 en. 1905

319 fol. + fol. 251 a 258 cop¹ + 317 bis + 27 hoy en 61.
faltan los fol. 278 y 279 (verr. compl.)

15 - Mayo - 1912







CAJA - 2

65